Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



c lxxiiij

In adventu dñi nri ihu xpi secundum
ꝟ illo t. Assumpsit ihs petrum et iohannem ꝟ iacobum
fratrem eius. & duxit illos in montem excelsum seorsum. & tran
figuratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol. uesti
menta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit il
lis moysses ꝟ helyas cum eo loquentes. Respondens autem petrus
dixit ad ihm. Domine bonum est nos hic esse. Si uis faciamus hic iii ta
bernacula. tibi unum. moysi unum. & helye unum. adhuc eo
loquente. ecce nubes ualuida obumbrauit eos. Et ecce uox
de nube dicens. hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.
ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem su
am. ꝟ timuerunt ualde. Et accessit ihs. ꝟ tetigit eos. dixit
q; eis Surgite. & nolite timere. Leuantes autem oculos
suos neminem uiderunt. nisi solum ihm. Et descendentibus
illis de monte. precepit ihs dicens. Ne cui dixeris uisi
onem. donec filius hominis a mortuis resurgat. Dominica
Prs. Rogamus uos ꝟ obsecramus ad thesalonicenses
in dño ihu. ut quemadmodum accepistis a nobis qm
oportet uos ambulare ꝟ placere deo. sicut & ambulatis
ut habundetis magis. Scitis enim que precepta dederim
uobis per dñm ihm. Hec est enim uoluntas dei. sanctificatio ura.
ut abstineatis uos a fornicatione. ut sciat unusquisq; ue
strum. suum uas possidere in sanctificatione ꝟ honore. non
in passione desiderii. sicut & gentes que ignorant dm. &
ne quis supergrediatur neq; circumueniat in negocio fra
trem suum. qm uindex est dñs de his omnibus. sicut predixi
mus uobis. ꝟ testificati sumus. Non enim uocauit nos ds
in immundiciam. sed in sanctificationem in ihu dño nro.